



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon
Dialogus. Antonius Dialogus. Activs Dialogus. Aegidius
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

Pontano, Giovanni Giovano

Venetiis, 1519

De dictorum, iocorumq[ue] diuersitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12960

DE SERMONE

312

uestiat habitu, quam Facetudinem uocari diximus, quo de habitu ipse sibi nomen desumat, ut qui sub Cæsare sive eques, sive pedes militarit, miles dictus est. Cæsarianus, qui sub Pompeio Pompeianus, aut sub Mario, Sylla'ue, sive Marianus, sive Syllanus. Habitus eni ipse ipsaq; insignia militem quidem ostendunt, cuius uidelicet sit factionis, in agendo uero actiones ipse ciuilem atq; urbanum hominem, Nam et ioculatio, et dictorum familiaris iucundaq; inuicem usurpatio actiones quidem sunt, moresq; et ipse nostros determinant, ut a' facies di' etis, iocisq; suauoribus dicantur faceti, a' scurrilibus scurræ, ab agrestibus agrestes, perinde ut a' nimio pecuniae studio, atq; habendi cupiditate auari, ab usu mediocri, et recto liberales, ab diffuentia uero, ac dissipatione diffluentes, atq; effusi. Factorum igitur hominum ea est mediocritas, ut delectu, de quo diximus, cum primus seruent. Seruabunt autem illum, si personæ propriæ, auditorumq; loci item, ac temporis dignitatem retinuerint, ut neque in dicendo, iocandoq; processus fuerint, petulantes, immodi, intempestui, osceni, spurci, ampolloso, neq; in audiendo aut detestabuntur iucunde ac concinne dicta, aut aures auertent a' lepide atq; urbane pronunciatis, Vtq; dum mediocritatem esse qui ipsam nequeunt, ne rusticentur, ne'ue efficiatur insulsi, rancidi, hircosi, quorum etiam dicta culinam oleant.

De dictorum, iocorumq;
diuersitate.

Ipsa autem dicta ac iocata que ad relaxationem pertinent (ut generaliter de ijs loquuntur) nequaquam uniusmodi quidem sunt, licet ad refecillationem curarum spectent ac quietem. Siquidem alias sponte sua, atq; ex tempore profluunt, alias tanquam prouocata, atq; excita extrinsecus in resonationibus sunt posita. ut cum Gn. Pompeius false, aculeatusq; (sicuti ante diximus) interrogavit, Vbi gener est tuus Cicer? non minus argute, ac morsiculante ab illo resonum est, Vbi et sacer est Pompei tuus. Eiusdem est generis resonum ab homine redditum uiatore nec agreste, nec illepidum, falsum tamen, Cum enim offensio pede ad lapidem crus fregisset, imploraretq; opem a' preter euntibus, respondissetq; ex illis maiornatu quipiam, deus tibi ipse et opem et suppetias ferat, Tu ille subdidit. Nec dei, nec cœlitum cœ iuspiam è numero auxilium peto, hominis tantum hac preter euntis peto. Viriusq; autem generis diuersæ admodum sunt species, quippe cum dicta ipsa alia sub increpationis speciem risum meanit, quale

ueant, quale plautinum illud. Iste quidem gradus subcretus est cri-
bro pollinario. Itemq; vicis tis cochleam tarditudine. Alia quæ ē diffi-
culty peragendæ rei, ac frustratione deliniant auditorem, quale il-
lud, Himbrem in cibrum geras. Aut quæ ex annominatione. ut,
Ecquid is homo scitus est? plebis citū non æque est scitum. et, Hic equus
non in arcem, uerum in arcā faciet impetum. Paulus Marchesius.
Neapolitanus, clari nominis iurisconsultus cum audiret notum sibi
hominem, quiq; breui patrimonium omne dissipasset, ad diuortium
ab uxore cōpellit, quod is (ut erat rei uenereæ inhabilis) post aliquot
annos matrimonium non consumasset, Mirum inquit, cir matrimo-
nium non consumarit, qui patrimonium tam cito consumperit. Sunt
que ab impropositate pariant iucunditatem, quale hoc, Noctu in uigiliam
quando ibat miles, tum tu ibas simul, conueniebat ne in uagine
tuam machera militis? Aut a cauillatione. ut, Cistella hic mihi ado-
lescens euolauit. In causa latam oportuit. Aut ab illusione, ut cum ille
dixisset, Vox ad auris aduolauit, tum alter, Næ ego infelix fui, qui
non alas interuelli. Volucrem uocem gesto. Interdum ex perplexitate
uerborum. ut, Non ex uxore natam uxor filiam. Alibi ex retorsione
maledicti. ut, Ve tibi. hoc testamento seruitus legit tibi. Et retorsit ma-
ledictum, et testatorum usus est similitudine ac uerbis. et, Eos asinos
prædictas uetulos, claudos, quibus subiritæ ad foemina iam erant un-
gulae. ipsos qui tibi subiectabant rure uirgas ulmeas. Nonnunquam
ex uerborum nouitate. ut, Quid istæ quæ uesti quotannis nomina in-
ueniunt nona. tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicum,
indusitam, patagiatam, calthulam, aut croculam supparum, aut sub-
minam ricam, basilicum, aut exoticum cunatile, aut plumatile, ceri-
num, aut gerrimum, gerræ maxima. cani quoq; ademptum est nomen.
uocant Laconicum. Iucundissima sanc tum effictio nominum, tu in-
nonatio muliebrium uestimentorum, ex ore præsertim serui subdoli,
ac ueteroris. Aliquando ex cautione. ut, Caue sis cum filia mea copi-
lari hanc, diuertunt mores uirginis longe à lupa. Aut ex contemptu,
atq; aspersione. ut, Haec negat tuam esse matrem. ne fuat, si nō uult,
equidem hac inuita tamen ero matris filia.

De locis unde ducuntur dicta, ac facetiae.

H abent igitur ridicularia, quæq; Dicta uocantur, ac Facetiæ locos suos,
unde deducantur, quemadmodum et argumenta apud Dialeticos,
in quibus ostendendis si aliquantum uer sabinur (nam ut omnia collin-